

+ + +

Aduertencias para

his Fratrum Minorum de obseruantia confie-
mant omnia & singula priuilegia concessa
tribus Ordinibus Sancti Francisci, & gratias
concessiones indulgentias, & indulta spiritua-
lia, & temporalia etiam per modum commu-
nicationis & extensionis inter se & cum alijs
Ordinibus Mendicantibus, & non Mendican-
tibus. Et quidem eisdem clausulis vtitur Gre-
gorius in nostrorum priuilegiorum confirma-
tione, quibus & Paulus. 4. vsus est, omnem tol-
lendo priuilegiorum restrictionem. Hoc solu-
excepto, q Gregorius nostra confirmat priuilegia
quatenus sunt in usu, & Sacris Canoni-
bus & Decretis Sacri Concilij Tridentini no-
aduersantur. Paulus vero. 4. sine vlla pro-
fusa restrictione.

36 ¶ Sixtus. 5. Romę apud Sanctū Marcum sub
anulo Piscatoris die 3. Octobris anni Dñi. 1587
Pōtificatus sui anno. 3. ad instantiam Fratris Frā-
cisci à Tholosa Ministri Generalis, & Fratris
Thomę de Massa Commissarij Generalis Cif-
montani confirmauit omnia priuilegia tribus
Ordinibus Sancti Francisci concessa, ac con-
firmauit: etiā per modum cōmunicationis, &
extensionis inter se, & cū alijs Ordinibus Mé-
dicantibus, & non Mendicantibus. Ecce ergo
qua-